



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118294

§. 35. Sessio XXXVI. Citatio Petri de Luna.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66272)

rat, celeberrimus erat, imo ipse Alphon- Sæcul. XV.
sus regiam, quam deferebat, Arragoniæ A. C. 1417.
coronam eidem in acceptis retulit, ejusque
laboribus, auctoritati, atque consiliis Sy-
nodi Patres potissimum partem adscribe-
bant, quod in dicto regno obedientia Be-
nedito subtracta fuisset. Quocirca Ger-
sonius modeste admodum ad illum scri-
psit: *Sedam se verberantium nec approbas,
ut testantur noti tui, sed nec efficaciter repro-
bas, jactantur inde varii rumores per popu-
los, quorum multa, et si neque vera neque
credenda censeantur ab illis, qui te intus no-
runt, nihilominus cujusdam mali occa-
sio esse possent.* Adhortatur eum, ut ad
dissipandos hosce rumores strenue se huic
usui opponeret, rogatque, ut ipsus Con-
cilium Constantiense accedere velit, fla-
gellantium sectæ damnationem promo-
turus. In eandem rem anno præceden-
ti Arragonum Rex bina vice scripsit Vin-
centio, nec tamen illum horum dictis ac-
quievisse, nec ad Synodus venisse con-
stat, quamvis omnium votis exoptatus
fuisset. Incertum quoque est, utrum Sy-
nodus circa hanc rem aliquid deciderit.

§. XXXV.

*Seffio trigesima sexta. Citatio Petri
de Luna.*

*Die vigesima secunda Julii in Sessione
trige-*

Sæcul. XV. trigesima sexta, Petrus de Luna ad diem
 A. C. 1417. vigesimam sextam ejusdem Menis voca-
Labbe Conc. tur, ut sententiam definitivam contra se
tom. 12. p. ferendam audiret; Cum vero eodem hoc
230. die festum S. Mariæ Magdalenæ incidis-
 set, ac ideo forte citatio utpote in die fe-
 sto facta, quibusdam nulla ac invalida
 videri potuisset, Synodus declaravit, quod
 pro auctoritate sibi concessa omnem, si
 quis contra hanc citationem allegari pos-
 set defectum suppleret. Quinque Episco-

Bzov. an. pi hanc citationem publice recitarunt.
1417. p. 536. Lectum deinde Decretum, quo omnes
 Bullæ, quas a nona Novembris Anni
 MCCCCXV in sua obedientia Benedic-
 tus evulgavit, rescissæ, atque abolitæ fue-
 runt, hinc vi hujus decreti Synodus su-
 stulit excommunicationes contra mul-
 tos Proceres, Clericos, atque sacerdotes
 Castellæ Legionis fulminatas, item con-
 firmat, atque ratas habet omnes provi-
 siones in his regnis a Benedicto fa-
 cias, hac tamen conditione, ut in-
 de nullum fiat præjudicium Arragoniæ,
 & Navarræ Regibus, ac Magno Rhodio-
 rum Magistro, nec etiam Narbonnensi con-
 traveniatur capitulationi.

§. XXXVI.

Sessione trigesima septima.

Imperator in priore sessione absens, huic
 trige-